

enarratione præteriorum, id est, qui jam olim fecissent, urgeat. PRIORA, QUAES FUERUNT, NUNTIAE. Ad verb. priora, aliquid ecce minutæ; id est, quidquam eorum quæ præcesserunt, coram nunc narrate nobis. Et PONEMUS COR NOSTRUM. Si omnino habent Hebrae: de quo supra v. 20. ET SCIENTIA NOVISSIMA EORM. Si quidquam, quæ olim fecerint, nobis annuntiaveritis, indè ratiocinantes, quenam futura deinde quoque sim intelligamus. Eorum in Hebreo est pronomen minimum, et ad deos referri non potest, sed pro neutrō accipendū est, q. d. : Ex his que Deus cum patribus nostris operatus est licet conjectari quem finem illas res habiture quoque sint (ut in superioribus exposuimus) tanguim ex umbbris veritatis; ita si qua priorum nobis annuntiaveritis que dī vestri operari sint, colligere aliquæ rationes poterimus earum rerum exitum, atque finem aliquæ ex parte intelligamus. Et QUAVENTURA SINT. Particularē, ut disjunctivam (sicut Levit. 1 : de turritibus vel de puluis columbi) hic libenter accipio; et non tam ventura quam venientia interpretor vocem hæbabo, id est, instantia, et quejam à tergo instant; q. d. : Si neque futura prædicere neque præterita enarrare possunt, saltē vel quæjam veniunt, quæ vel medicerent prudens vir prædicere aut annuntiare posset, nos percipere faciant.

VERS. 25. — ANNUNTIAE, etc. Iterum repetit utrumque membrum, urgeat ut ex altero istorum capite ostendant se esse deos: Vel que postmodum futura sunt minutæ, vel quidquam boni aut mali facie, ut sciamus vos esse deos. Et LOQUAMUR. Potest esse sensus: Et versis vultibus ad nos mutuo pariter rem examinabimus, atque tractabimus quoniam honore digni sitis, etc.

VERS. 24. — ECCE VOS, etc. Obmutescentibus tam idolis quā ipsorum cultoribus, collidit ipse Deus summa cum detestatione atque contemptu; q. d. : Quid urgeo? quid immoror? Ecce multo minus quam nihilomin estis. Et tantum abest ut aliquid boni aut mali facere possitis, ut opera vestra inanis et nulla proficiantur, et minus habeant ponderis quā sibilia quidam, etc. Vulgatus. Ad verb. sic habent Hebrae: Primus Sion, ecce, ecce ipsi, id est, adsum, q. d. : Nec præterita fuit qui annuntiaret ante quām venirent, neque futura. Ego primus omnium Sion dico: Ecce, ecce adsum, nempe qui ea quæ futura sunt tibi annuntiarent; et ego primus omnium sum qui ipsi Jerosolyma dabo qui fausta annuntiaret. Ponitur enim sing. mebasser, pro plur. Non solam potens sunta fuita prædicere, sed facio ut homines ea prævideant et annuntient. Nam de redemptiis a captivitate, ut quidam interpretantur, nimis alienum est. Illud ergo adsum, quod in vulgatis biblis legitur, in tertiam personam adsum est, mandatum; et ita in commentariis Hieronymus interpretatur et legit. Intelligit autem prophetas, quos Dominus semper Israelitæ dedit, qui de futuris eos admonebant ac certiores faciebant, præsertim autem ipsum Isaiam prophetam, quem forte hoc loeo Dominus Evangelistam appellat, qui deinceps plurima de regno Christi annuntiat. Est autem Christus ex semine illius iusti quem ab oriente suscitavit Dominus. Atque ita manifestum appetit his verbis prophetam sibi viam munisse ad sequentes de Christo prophetias.

VERS. 25. — ECCE SUSCITAVI. Videatur esse conclusio prædictorum, cum quidam illorum capitum duorum repetitione; q. d. : Me ergo pro Deo colere debet totus orbis, qui que præcesserunt feci; que videlicet jam auditis, nempe quid vocaverim ab oriente, videbvet à Chaldaea, Abramum; et deinde ab Aram, que ad septentrionem sita est. De quo, cùm esset mei nomini cultor, et me solus pro Deo coleret, et ipse per se et posteros suos reges conculeret quasi lutum, nemo dubitare potest an id virtute mali fecerit. Alterum autem caput, de futurorum eventu, repeatit v. 27. Atque hunc puto germanum hujus loci sensum. VOCANT NOMEN MEUM. Ad verb., vocabit in nomine meo; id est,

invocabit nomen meum; vel vocabit in nomine meo, id est, me colet, vel mei cultor appellabit: et est futurum pro præterito. ADDUCET (vel invadet), magistratus, segnans significat magnates in magistratu; siue et Berous scribit significare illos qui magni sunt, et pontificatus funguntur. Quam faciliter negotio et Abraham quatuor reges et Israelite plurimos conculererint, notum satis ex S. historiâ est.

VERS. 26. — QUIS ANNUNTIAT. Quis ex vobis, ô dei, harum rerum seriem prius cognovit aut predixit? dicte supple, ut sciamus quisnam vestrum sit. ET A PRINCIPIO. Idem repetit: Et dicte quis ante isthac prædixerit, et eum justum promonstrabimus. Justificare enim quemquam in sacra litteris interdum est idem quod laudibus celebrare; nam justorum tantum laus est, et justi tantum sunt digni laude. Vel potius hic justum promonstrare est pro absolve et sententiam pro ipso ferre. Superioris enim deos et deorum cultores quasi in iudicium vocaverat. Si quis, inquit, vestrum est qui præterita ante quām evenirent prædixerit, dicte quis sit, et vitor ex iudicio prodibit, palmamque referet; neque erit cur deinceps dicamus quid non sit Deus; immo ab hac labe immunit pro Deo deinceps habebit. Sed non est, etc. Optimè redditus Vulgatus sensum: Sed frustra expectamus; non est quisquam qui annuntiet; neque est qui audire faciat; neque est qui vel nos missantes audiat, aut aliquod verbum ex ore vestro percipiat.

VERS. 27. — PRIMUS, etc. Verbum dicet, supplevit Vulgatus. Ad verb. sic habent Hebrae: Primus Sion, ecce, ecce ipsi, id est, adsum, q. d. : Nec præterita fuit qui annuntiaret ante quām venirent, neque futura. Ego primus omnium Sion dico: Ecce, ecce adsum, nempe qui ea quæ futura sunt tibi annuntiarent; et ego primus omnium sum qui ipsi Jerosolyma dabo qui fausta annuntiaret. Ponitur enim sing. mebasser, pro plur. Non solam potens sunta fuita prædicere, sed facio ut homines ea prævideant et annuntient. Nam de redemptiis a captivitate, ut quidam interpretantur, nimis alienum est. Illud ergo adsum, quod in vulgatis biblis legitur, in tertiam personam adsum est, mandatum; et ita in commentariis Hieronymus interpretatur et legit. Intelligit autem prophetas, quos Dominus semper Israelitæ dedit, qui de futuris eos admonebant ac certiores faciebant, præsertim autem ipsum Isaiam prophetam, quem forte hoc loeo Dominus Evangelistam appellat, qui deinceps plurima de regno Christi annuntiat. Est autem Christus ex semine illius iusti quem ab oriente suscitavit Dominus. Atque ita manifestum appetit his verbis prophetam sibi viam munisse ad sequentes de Christo prophetias.

VERS. 28. — ET VIDI. Ego Isaías, an me hæc pro Domino proponente vellet quisquam suorum deorum divinitatem ostendere; et si non primo loco, saltē secundo post. Deum nostrum vellet quisquam futura prædicere. ET NON VIR, id est, nemo affuit. Neque ex istis. Heb., et ex illis, et non consiliarius; id est, et vidi an ex illis esset quisquam qui consultaret cum

altero quidnam facto opus esset. Quorum silentium eum animadvertem, interrogavi eos an haberent quid dicentes, et non reddiderunt ullum responsum. Est enim repetenda negatio more Hebreo. Quare Vulgatus mutata orationis formâ sensum docet et eleganter expressit.

VERS. 29. — OMNES INJUSTI. Vox aven, de quâ jam sepius dictum est, non injustitiam propriæ notat, sed invatan illam concupiscentiam atque vim, omnis iniquitatis caput atque originem; deinde etiam et quidquid insuane et noxiun est notat; id est, de idolis sepe

## CAPUT XLII.

1. Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea; dedi Spiritum meum super eum; iudicium gentibus proferet.

2. Non clamabit, neque accipiet personam, nec au-dietur vox ejus foris.

3. Calamus quassatum non conteret, et linum fuliginis non extinguet; in veritate educet iudicium.

4. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium; et legem eius insulae expectabunt.

5. Hec dicit Dominus Deus, creans celos, et exten-dens eos; firmans terram, et quæ germinant et ea; dans flatum populo qui est super eam, et spiritum calcantibus eam.

6. Ego Dominus vocavi te in iustitiam, et apprehendi manum tuam, et servavi te: et dedi te in fodus populi, in lucem gentium:

7. Ut apertes oculos eacorum, et educeres de conclusione vinecum, de domo carceris sedentes in tenebris.

8. Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, et laudem meam sculpiiibus.

9. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt; nova quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam.

10. Cantate Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terra; qui descendit in mare, et plenitudo eis: insulae, habitationes earum.

11. Subleveatur desertum, et civitates ejus; in dominibus habitat Cedar; laudate, habitatores Petrae; de vertice montium clamabunt.

12. Ponent Domini gloriam, et laudem ejus in insulis nuntiabunt.

13. Dominus sicut fortis egredietur; sicut vir præliator suscitabit zelum; vociferabitur, et clamabit; super inimicos suos confortabitur.

14. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut partiu-riens loquar; dissipabo, et absorbebo simul.

15. Desertos faciam montes et colles, et omne gramen eorum exsicabo, et ponam flumina in insulas, et stagna arefaciem.

16. Et dueam cœcos in viam quam nesciunt, et in semitis quas ignoraverunt, ambulare eos faciam; ponam tenebras coram eis in lucem, et prava in recta; haec verba feci eis, et non dereliqui eos.

dicuntur. Dicit ergo omnes gentium deos esse meram hominum concupiscentiam, et absq; ullâ ratione inventos; sed sola stulta quidam concupiscentia voluisse singulos numina sua habere, sibique propria; quare uniusquisque sibi deos fixit. VANA OPERA EORUM, vel nihilum. Nihil enim proorsus agunt. Ipsa quoque simulacra seu fusilia quidam ventus et inane sunt, id est, res nullius momenti, etc. Omissionis ergo ipsius, transit ad res solidas et admiranda opera, que Spiritu Dei plenus propheta præydebat facturum Dominum futuris temporibus.

## CHAPITRE XLII.

1. Voici mon serviteur, je le soutiendrai; mon dieu dans lequel j'ime a mis toute son affection. Je ré-pandrai mon esprit sur lui; il annoncera la justice aux nations.

2. Il ne criera point; il n'aura point égard à la personne, et on n'entendra point sa voix dans les rues.

3. Il ne brisera point le roseau cassé; et il n'étein-dra point la mèche qui fume encore: il rendra justice selon la vérité.

4. Il ne sera point triste ni précipité, jusqu'à ce qu'il ait établi la justice sur la terre; et les nations attendront sa loi.

5. Voici ce que dit le Seigneur Dieu, qui a créé les ciels et qui les a étendus, qui a affirmé la terre et ses produits; qui donne le souffle au peuple qui la remplit, et la vie à ceux qui la foulent :

6. Je suis le Seigneur qui vous ai appelé dans la justice, qui vous ai pris par la main et vous ai conservé, qui vous ai établi pour être l'alliance du peuple et la lumière des nations,

7. Pour que vous ouvriez les yeux des aveugles, pour tirer des fers ceux qui étaient enchaînés, et pour faire sortir des prisons ceux qui étaient assis dans les ténèbres.

8. Je suis le Seigneur, c'est là mon nom. Je ne donnerai point ma gloire à un autre, ni les hommages qui me sont dus à des idoles.

9. Mes premières prédictions sont déjà accomplies. J'en fais encore de nouvelles, et je vous découvre l'avenir avant qu'il arrive.

10. Chantez au Seigneur un cantique nouveau, publiez ses louanges d'un bout de la terre à l'autre, vous qui allez sur la mer et sur toute l'étendue de ses eaux; vous, îles, et vous tous qui les habitez.

11. Que le désert et toutes ses villes élèvent leurs voix; Cédar habitera dans des palais. Habitans des rochers, louez le Seigneur; jetez de grands cris des hauts des montagnes.

12. Ils publieront la gloire du Seigneur; ils annonceront ses louanges dans les îles.

13. Le Seigneur sortira comme un guerrier invincible; il excitera sa colère, comme un homme qui marche au combat; il haussera sa voix; il jettera des cris; il se rendra le maître de ses ennemis.

14. Je me suis tu jusqu'à cette heure; je suis demeuré dans le silence, j'ai été dans la retenue; mais maintenant je me ferai entendre comme une femme dans l'enfancement; je détruirai tout; j'abimerai tout à la fois.

15. Je rendrai désertes les montagnes et les collines; j'en ferai mourir jusqu'aux moindres herbes; je convertirai les fleuves en îles, et je sécherai les étangs.

16. Je conduirai les aveugles dans une voie qui leur était inconneue, et je les ferai marcher dans des sentiers que jusqu'alors ils avaient ignorés; je ferai que les ténèbres devant eux se changeront en lumière, et que les chemins tortus seront redressés; je ferai ces merveilles en leur faveur; et je ne les abandonnerai point.

17. *Conversi sunt retrorsum*: confundantur confusionis qui confidunt in sculptili, qui dicunt confitili: *Vos dñi nostri.*

18. *Sordi, audite; et cæci, intuemini ad videndum.*

19. *Quis cæcus, nisi servus meus?* et *surdus, nisi ad quem nuntios meos misi?* *Quis cæcus, nisi qui venundatus est?* et *qui cæcus, nisi servus Domini?*

20. *Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies?*

21. *Et Dominus voluit ut sanctificaret eum, et manificaret legem, et extolleret.*

22. *Ipsæ autem populus direptus, et vastatus; laqueus juvenum omnes, et in dominibus carcere absonditus sunt; facti sunt in rapinam, nec est qui eruat; in direptionem, nec est qui dicat: Redde.*

23. *Qui est in vobis qui audias hoc, attendat et auscultet futura?*

24. *Qui dedit in direptionem Jacob, et Israel vastatus? Nonne Dominus ipse, cui peccavimus? Et noluerunt in viis ejus ambulare; et non audierunt lege ejus.*

25. *Cest effudit super eum indignationem furor sui, et forte bellum; et combussit eum in circuitu, et non cognovit; et succedit eum, et non intellexit.*

#### COMMENTARIUM.

**Vers. 1.** — *Ecce servus meus.* Evangelista manifeste hac de Christo interpretatur; non est ergo curiam expositionem queramus. Neque mirum quod *eam seruum vocet Dominus; nam formam servi accipit et similitudinem carnis peccati*, ut loquitur Paulus. Adde quod hoc nomen Hebreis *ebod* non semper ad servitium servorum referunt, sed ad cultum et venerationem. Quis autem sic coluit Deum ut Christus Dominus? Ego honorifico Patrem meum, etc. *Suscipiān eum.* Verbum propriè significat sustinere rem aut personam ne cadat aut pereat; Exod. 17: *Aaron et Hur sustinuerunt in manibus ejus;* et supra 35: *Sustinuerunt in manu eius;* etc. Manu autem tenere quemquam aut sustentare seu sustinere est amoris et studii. *Electus meus.* Licet nomen electionem propriè notet Hebreis, scèp tamèn est castrense. Nam juvenes ad bellum eliguntur. Erat autem electum in duce et imperatorem exercitus militie spiritualis, quam instituit in terra. Nisi malè electionem hanc ad amorem referre, ut sequentia insinuam. *Complacuit sibi, sive bonam habuit voluntatem.* Illud autem *is illo*, docet repetitum Vulgatus ex membro superiori; nam similè constructionem sortiuntur duo illa verba Hebreis, *sustineo et complacio.* Eisdem penè verbis usus est Pater colestis, quando baptizato Iesu et orante intonuit: *Hic est Filius mens dilectus, in quo mihi bene complacuit, i.e. ἡ ποθῶσα.* *Dedi spiritum meum super eum.* Sic ad verbum habent Hebrei, id est, afflavi eum spiritu meo. Phrasis autem Hebreia vix et impetu notat. Plenus enim fuit spiritu Domini homo illi Iesus, et de plenitate ejus nos omnes accepimus. *Pronferet.* Promulgabit, id est, jns dicit. Est que regni seu imperatoriae potestatis periphrasis. Per

Evangelium autem judicium exercutum Dei Filius. Addit quod et in Ecclesiâ per ministros suos jus etiam dicit. Et cum principes ipsi Christo nomen dederint, judicis ut par est exercere, causas justè judicare, justè ius reddere non se existimabunt nisi prius legem Christi consulerint.

**Vers. 2.** — *NEQUE ACCIPIT PERSONAM.* Verbum sicut, *levarit, raro sine nomine construitur.* Quando autem cum nomine facies seu vultus seu persona construitur, significat vitium illud quod *acceptatio personarum vulgi* dicitur, in judicio videlicet, cum omnissima ratione rei, quae extrinsecus sunt considerantur, et extrinsecus atque ad causam non pertinentibus favetur aut honor defertur. Vulgatus ergo ita hic accipit si decesset nomen aliquod ex illis. Certum etiam est quod si construatur cum nomine manus, interdum sit jurantis, ut Exod. 6, Ezech. 36, *levare manus,* etc. Et sine nomine manus supra ita accipi posse cap. 5, diximus, ubi Vulgatus verbo respondit verit. Quare posset quispiam etiam hoc loco pro *jurare* accipere. At cùm Evangelium Matth. 42, haec duo verba verbi contendendi et clamandi reddiderit, libentiis hic de elatione vocis accipio que in contentionibus fit; et ita etiam accipi non male potesi in loco illo cap. 5, sicut etiam infra v. 41. Dicere tamen possimus Apostolos non tam de verbis sollicitis quād de sensu in plurisque locis. Contentionem autem est clamor et juramentum, etc., neque de aliis clamoribus quād contentionis et rixæ intelligendus est locus. Nam Dominus in magno festivitatis die clamabat, dicens: *Si quis siti, veniat ad me, etc.* Et aliis locis vocem sustinuisse dicitur in Evangelio.

**Vers. 3.** — *CALAMUM QUASSATUM.* Puto esse prover-

17. Ceux qui mettent leur confiance dans des images taillées retourneront en arrière ; ils seront convertis de confusion, eux qui disent à des images de force : Vous êtes nos dieux.

18. Entendez, sourds ; aveugles, ouvrez les yeux et voyez.

19. Qui est l'aveugle, sinon Israël mon serviteur ? Qui est le sourd, sinon celui à qui j'ai envoyé mes prophéties ? Qui est l'aveugle, sinon celui qui a été vendu ? Qui est l'aveugle, sinon le serviteur du Seigneur ?

20. Vous qui voyez tant de choses, n'observez-vous point ? Vous qui avez les oreilles ouvertes, n'entendez-vous point ?

21. Le Seigneur a voulu te le sanctifier, pour rendre ta loi célèbre, et pour en relever la grandeur.

22. Cependant mon peuple est pillé et ruiné ; ils ont été pris dans les filets des jeans ; ils ont été tués au fond des prisons, ils ont été emmenés aux capitols, sans que personne soit venu les délivrer ; ils ont été exposés au pillage, sans que personne ait dit : Rendez.

23. Qui est celui d'entre vous qui écoute ceci, qui s'y rende attentif, et qui croie les choses futures ?

24. Qui a livré Jacob en proie à ses ennemis, et Israël au ravage ? N'est-ce pas le Seigneur même que nous avons offensé, parce qu'on n'a pas voulu marcher dans ses voies, ni obéir à sa loi ?

25. C'est pourquoi il a répondu sur lui son indignation et sa fureur : Il lui a envoyé une forte guerre ; il a allumé un feu autour de lui, sans qu'il le sut ; il l'a brûlé dans ses flammes, sans qu'il le comprît.

bia è vulgo petita, que mansuetudinem notant. Sunt enim quidam naturæ virtus dannosi, qui obvia omnia pessundant, vel absque aliquo suo emolumento, crudelis, immitis, qui brutis nihil nocentibus incommodant; quod signum est immittis animi. Unde Scriptura erga bruta etiam animantia mansuetudinem commendat. Quod autem haec ita sint accipiendo ostendit. Paulus in Corinthis. 10: *In omnibus exhibemus nos sicut Dei ministros, inquit, in multis patientib; etc.* Unde mox, tanquam mansuetudinis fructum explicans addit propheta. **LEGEN EJUS,** seu *institutionem. INSULE,* id est, remotissime quæ gentes, *expectabant.* Cyprus, Rhodus, universitas maris Aegæi insule, Creta, tota Graecia, Italia, Gallia atque Hispania, quas nomine *insularum* sepè Scriptura vocat, ut jam non semel dixi; totus denique orbis. *Fides itaque nostra fructus est Christi atque Apostolorum ejus patientie et mansuetudinis.* Ut videant qui disciplinam christianam revocare atque restituere cupiunt, quibus armis instruti procedere debent. Potest autem in his ultimis verbis repeti particularia ad hunc modum, et *quousque insulas institutionem ejus expectent, subditusque fat totus mundus Deo.*

**Vers. 3.** — *HAC DICIT, vel, sic dixit; eo, ad praeterita referri potest que superioribus quatuor versibus dixerat de Christo Domino, que alius verbis repetit v. 6 et 7, nempe promises de Christo, quod mansuetudine et longanimitate suâ plantaret justitiam in universâ terra, et quod futurus esset in luce. Quorsum haec dicat propheta videbis v. 8 et 9. FINIANS TERRAM.* De verbo *raca*, quod Vulgatus verbo *firmanti* reddidit, sicut et nomen *raka firmamentum* vertere solet, propriè *extendere* significat, de quo supra 40, 22. De terra autem dicitur metaphorice propter apparentem superficiem in latitudinem ac longitudinem, etiam alijs rotunda sit. Sed cum vulgo soliter Scriptura sepè loqui. *EXTENDENS EOS.* In Hebreo prius particulum est singulare, *creans;* hoc autem est in formâ plurali, *extendentes;* nisi jod redundare dicas esseque paragogicum. Nostrî ad mysterium distinctionis personarum referunt in unitate essentiae.

**Vers. 6.** — *VOCATE TE IN JUSTITIA,* id est, ea quæ sum prediçus honestate excitavi te, feciut ut in terra nascereris, vocare enim interdum uitium hebraismus pro adducere; ut Psal. 105: *Vocare famem super terram;* Agg. 4: *Vocare siccitatem;* Ezech. 36: *Vocare frumentum;* supra 41: *Vocare generationes,* etc., quo tropo Dei potentiam notam Hebrei. *Vel in justitia seu cum justitia ad ipsum Christum referri potest, quod eum justitiam et sanctitatem plenum adduxerit, ut esset ipse justus, et justificans alios, ut est apud Paulum.* Cum enim veniret ut *judicium seu justitiam poneret in terra,* necesse erat ut cum *justitia* appareret. Denique Christi justitiam atque sanctitatem tota Scriptura predicit. APPREHENDI MANUM TUAM, vel, *apprehendite te per manum tuam,* quod est et favorem et auxilium præstantis. Favit enim Pater Christo Filio, illumque servavit ne in morte maneret, quinquaginta morte sua plurimos servaret, non solum efficaci redemptio,

sed tanti quoque amoris exhibitione. ET DEDI TE IN FODUS. Dedit Pater ut ipsem filius esset fodus, id est, reconciliatio, ut nos sibi reconciliaret. Per ipsum enim accepimus remissionem, etc. Verum quia non sat erat reconciliari nos si adhuc in tenebris mansisse mus ignorantia, quibus obruti aut quantum beneficii in reconciliatione accepissimus videre non possemus, aut quā eundum esset, quā ratione vita nostra esset instituenda, non intelligemus, in lucem nobis quod datus est Christus Dominus, datum (ut cecinit Simeon) in lumen ad revelationem Gentium.

VERS. 7.—UT APERIES. Aliquæ ex parte quod paulo ante præcessit exponit; estque quod in Evangelio Joannis ipse Dominus ait: *Ego veni ut qui non videant, oculos cœlorum.* Hebr., oculo cœcos, seu obœcacos. Et de spirituali cœcitate loquitur; sicut et de solutione vincitorum et educatione eorum qui in oscursitate agitant mox subiungit. Ad quem locum respexit Zacharias quando dixit: *Ortum Dominum ad illuminandos qui in tenebris et umbrâ mortis selebant.* Peccata enim non solum nos vincunt et quasi funibus cingunt, ne liberè at vitam et quæ Deus jubet proferemus, sed et menti tenebras offundunt, ut ipsa quoque ligantia non videamus, et paulatim tenebris asuefacti lucem odio habeamus, in eaque tristi et miseranda vite ratione, beatas sedes ignorantes, vel certè nihil facientes, consideramus. Dominus autem Jesus peccata deleat, ligamini solvite, tenebras discutite. Ex quibus malis qui eripuntur, tunc se natos putant, eumque, ut totius boni fontem et auctorem, non possunt non diligere. O miseros qui hanc communicationem fastidunt!

VERS. 8.—EGO DOMINUS. Hebr., ego Jehova; hoc nomen meum. Allusio est ad locum Exodi; ubi rogatus Dominus à Mose à quoniam se mihi dicturus esset, respondit: *Sum qui sum;* sic enim reddenda sunt futura, quibus pro presentibus passim utitur Hebrewi. Qui sum misit me, etc. Nonen autem Jehova ab existentia deductum est. Atque vel ex hoc loco habemus, necessarium esse nomen ipsum Jehova retinere in versione, ne lector exsistat de nomine Adonai aut Domini Deum loqui. Igitur cum jam que ficeret olim narrasset, deinde et que novissima temporibus per semen Abrahæ esset facturus prædictis, (quea duo ut divinitatis signacula superiori capite propositur) quasi de *victori in iudicio parta,* nemine contradicente, letus sibi divinitatis gloriam ascribit, non commissurus ut alteri hujusmodi glorria tributar.

VERS. 9.—QUE PRIMA FUERUNT. Merito, inquit, hanc mihi gloriam vendico; siquidem ex utroque capite, quod probandum suspercam, ostendi me solum esse Deum. Nam que olim futura prædixeram, quae me Abraham præstirum pollicitus fueram si me tantum coleret, explosis catenis fictiis diis Gentium, iamdudum impleta cernitis. Illi enim in senectute dedi filium, ejusque posteris dedi regiones gentium et labores populorum, etc. *Nova quoque* per Evangelistam meum Isaiam ego, ut videatis, annuntio; et sèpius antè quā veniant, audire vos per prophetas

meos ea faciam, oriturum videlicet in terrâ ex Abraham servi mei semine, qui terram justitiæ repletat, sitque universorum rex ac judex, lux atque salvator. Quis igitur superest nisi ut jam me solum pro Deo collatis? Quare statim propheticò more in laudes prorum p̄i propheta; ut nemo dubitare debeat hanc esse geranam horum capitum expositionem. Quam si plus lector attenderit, intellegit quantum ponderis habet series verborum in propheticis, modo rite exanimetur neque leviter expaudatur; quod quin plerique interpres non faciunt, cùm rabbinos secuti usque ad præcipitum, unde referre pedem pietas et religio et ipsa quoque prophetarum verba compellunt, quòd se vertant ignorant, ilium prophetarum passionis interrumpunt, salutis inauditos in oratione propheticæ fingunt, adeò ut *humano capiti cervicem equinam jungere, et undique membra conferentes, in pisces ut desinat facere* videantur, non sine multorum risu, ut est apud poetam. Quod tacere non potuit, quod dignitati S. Scriptura hanc interpretandi rationem nequaquam convenire existimare; dignusque multò poterit ignorantiam fateri, tandem quid commōdi dicendum sit non succurrat, quā perpetuum ac fidem expositionem profiteri, passim lectorem deludere. Sed ad rem redemus.

VERS. 10.—CANTICUM NOVUM. Si enim *nova annuntiantur*, dignum est ut *canticum novum* sit, non quo exitus Israëlis de *Ægypto*, aut aliquæ corporalis victoria, quam Scripture canticos celebrant; sed libertas a servitute peccati et jugo mortis et diaboli tyrannie per Dominum celebratur. Adeò quid *nova cantiones* plausibiliores sunt. Quid si canere *canticum novum* nihil aliud juxta Hebraismum sit quia iterum atque iterum canticum innovare, et de novo laudes Domini repeterere? Fortè quod sequitur v. 15, et tribus seq. est *canticus quod jubet cani.* Qui DESCENDIT. *Descensores maris* solet Hebraismus vocare nautas, et eos qui navibus reu in mari agunt; ut in Ps.: *Qui descendunt in mare, facientes operationem in aquis multis,* etc. Hos tanquam maris præsides et dominos, totamque cum ipsis maris plenitudinem, ad laudes Domini invitati. Quibus adjungit *insulans*, quod plerumque illi sim qui in mare descendant; per quos, ut non semel dixi, exteras et longè remotas nationes intelligenti.

VERS. 11.—SUBLEVETUR DESERTUM. Accepit iseu in se passiā, quasi precipiat ut *excitentur et suberrant se habitatores deserti* ad laudandum Dominum. Potest nihilominus in activa accipi, et de elevatione vocis intelligi; elevent, scilicet vocem. Vel repetitur ex superiori versus nomen *scirr canticum.* Nam particulari phrasii dicit Hebraismus *levare parabolam, levare lamentum, canticum,* etc. Vide supra, v. 2; *desertum* autem hic accipitur pro omni illa plaga qua erat versus meridionem Palestinae. Nam superiori versus quidquid ad occidentem jacet nomine *maris et insularum* videtur intellexisse. Putare ergo midebar esse hoc loco *terram que à mari distat.* Non tamen reprehenderem eos qui hic Arbianum Desertam intelligere vel-

lent; cui eti⁹ adscribat civitates, que paucissime erant, tamen quasi expones quod dixerat, *villas et oppida in quibus habitat Kedar* statim subjunction. Kedar autem in territori⁹ et tabernaculis agebat, que hinc atque illuc transferrebat. Et hujusmodi cohabitaciones hic *civitates et villæ* vocari figuratè videntur. *Is domine habitabit Cœdā, vel villa in quibus habitat Kedar.* Supplendum enim est relativum, et futurum pro presenti accipendum. Fuit autem Kedar nepos Abraham, filius Ismaelis, Gen. 25, à quo regio eodem nomine cognominata, postea Arabia Petrea dicta fuit, in quā erat mons Sinai et Horæ; per quam profecti sunt plurimi diebus Israëlite. Et populus illius regionis *Hagaren* ab ancilla Abraham dicti sunt; qui, juxta etymologiam nominis *Kedar*, corpore obustum solis fusco, ex pecoribus tantum et raptis viro conseruerunt usque in hodiernum diem. De *petribus* autem et *tabernaculis* eorum fit mentio Ps. 120 et Cant. 1 de gregibus, quos alebant, infra caput 60. Apud Jeremiam autem cap. 49, agitur de vastatione eorum per Chaldeos; ubi eis *tabernacula, cortina et camelī tribuntur; ubi dicuntur filii Kedæ, id est, antiqui, non Orienti, ut nonnulli interpretantur.* Quis euī ignorat quid cum Babylonia vocet ut devastarent Kedar, non versus orientem, sed potius versus occidentem eos avocaret? Aut quis dicat Abramad ad orientem esse Palestinae? De *vertice (seu capite) montium claramunt.* Seu *clameant.* Hæc notant quanti astimari prophetæ redemptiois beneficium, ut dignum putaret quid barbara quavis nationes et à Dei cognitione remotissime, quæque feris similes in montibus et rupibus degunt, Dominum totis affectu laudarent et ejus gloriam predicarent. Quid igitur facerent quibus Deus ea juramento promiserat? quid expectandum esset à populo Dei? Sed non id silentio prætererit propheta infra v. 18, et seq.

VERS. 12.—PONENT DOMINI GLORIAM, vel ponant, id est, dent. Varius enim usus est Hebrei verbi *sum, posuit, nuntiavit, vel annuntiavit, Insulas habens rubri,* à quo non longè distat Arabia Petrea, in quo usque ad ipsum procurrit, et nationes illas quas per mare illud rubrum solent adire, intelligo; ut non solum ipsi laudarent, sed per totum orientem et meridiem cognitionem nominis Dei deferrerent.

VERS. 13.—DOMINUS SICUT FORTIS, etc. Hoc videtur esse canticum quod ut caneretur præcepit prophetæ; vel si non est, certè his versibus continetur ratio ob quam nova canere canticum dignum ducet. Hanc initio *egressum* Filii Dei in mundum; de quo in Evangelio: *Exiit à Patre, et veni in mundum,* et plurimis alii locis. Notandum tamen est verbum *egrediendi* Hebreis, præsertim quando nominibus *belli, exercitus, ducum seu militum* conjungit, esse verbum castrense. Hoc autem loco inducit Dei Filium ut *virum bellicosum, seu gigantem, virumque præliis assuetum;* nam veniebat ut *fortem illum, armatum mundi principem,* fortior ipse supervenientis è mundo pelleret; et omnes qu' ejus partes tuerentur vel pudefaceret vel omnia detuleret, non per Evangelium modò, sed a n-

per hostes quos ipse excitavit adversis Filii Dei et Evangelii contemporios. Ille qui considerat, non habebit, quando in prophetis nunc humilem in primo adventu induci viderit Filium Dei, nunc velut *virum præliorum*, ut vocat hebraismus, et qui ad debellandos hostes *solo* et indignatione plenus, et ad sumendum de *inimicis* vindictam adveniat, ut hoc loco et alii plurimi; in quibus ridiculum fuerit ad secundum adventum confugere, cum in primo adimplita omnia videamus, ejecto mundi principe, et devicto mundo, et impiorum Iudaïorum rebus eversi. Sed de his non uno loco, plura in sequentibus nobis dicenda sunt. ZELUS. Accipitur interdum pro ipsa *irâ seu furore qui in homine excitatur ex amore rei.* Prov. 6: *Zelus est fur viri, et nonparet in die vindictæ,* etc. Frequens quoque est in prophetis opus redemptiois solo Dei tribuere: *Zelatus est populus suum, redemit Jerusalem, Zelus Domini exercitum facit hoc,* etc. Videbatur autem tot retro annis algere zelus Dei, quasi non curaret res suas neque honorem suum, cum ubiqui impietas et regnum Satanae obtineret. *Excitavit igitur et amorem et zelum et indignationem suam Dominum quando ad nos descendit.* Vocabulariū: *iraria, clarà voce personabit;* quod olim triumphare dicebatur; licet postea Latinis aliis huius verbis fuerit usus. *Et clamaret; tsarac est fortiter et acriter clamare,* more gigantum, qui fortia habent latera. Vulgatus verbo *tribulandi* apud Zophoram reddidit. Præcedit autem hoc verbum in Hebreo particula, *apn,* id est, *etiam.* Quid si accipitur pro *irâ (ut solet),* possumus dicere poni pro adverbio *iracundè et magno impetu, seu acerrimè,* etc.

VERS. 14.—TACU SEMPER. Hebr., *meolam, à seculo.* Inducit Dei Filium loquentem, et quasi moras suas arguentem, quasi satis superque dissimulaverit, siluerit, et quasi non audire sic se gesserit; at non posse jam ultra indignationem contineare, sed tempus esse vindicare, et panper suorum libertationis. SILI. Verbum carasch, de cessatione auditus plurimum dicitur. Est autem futurum, id est, *consuvi velut non audire, et obsurdescere.* Doctique Vulgatus præteritum verit; aliquo nota interrogativa supplenda foret. PATIENS FUI; *ethephaphac, cohíbebo, continebio, comprimam me,* id est, contine consuevi. Infra 65, et 64, in hæc significacione accipitur, quando videlicet quis reprimit iram; sicut etiam redditus Vulgatus interpres locis citatis: *Super me continuerunt se. Numquid super his continebis te, etc.* Ut PARTURIENS LOQUEAR; *ephech, sibilabo.* Rarus est verbum, sed propter similitudinem parturientis facile est significacionem intelligere. Flatum cum genitu emittunt, et non sine vehementi impetu, parturienti feminæ: et quod halitus diutius contum, eò majori impetu refundunt. Quæ elegantissima similitudine significat Dominus longanimitatem suam, simulque nobis insinuat se ultionem nequaquam differe ex indolenti, quodque scelerum et flagitorum hostium suorum sensu non tangatur, sed sciens viensque ex misericordia sese contineat, neque ad ul-

onem procedat nisi cum jam diutius ferre molestiam non possit. *Dissipabo*; *exhom*, sive sit verbum *nacham*, sive *schemah*, sive *schemam*, *flatum emittere* seu *halitum notat*. Quod vero sequitur verbum oppositum significare puto, scilicet *insorbere*, *inspirare*; ut pariter *anhelitum emittere* et *insorbere* sit frequenter inspirare ac respirare, quod est eorum qui fatigantur vel labore vel animi dolore et angustia. Possunt ergo haec accipi de fatigatiōne ex ingenti strage quam se editurū designat. Possunt quoque omnia haec intelligi de tempore quod aduentum ad vindictam et redēptionē precessit; ut in hunc modum reddi optimè possint Hebrei: *Tacui longo tempore, sihi, continu me, quasi parturiens sibilabam, anhelitum emittebam et insorbebam partur*; ut sit quod Paulus ait: *Sustinuit in multā patientia vasa ira apta (vel aptata) in interitum, etc.* Has angustias ingenerant in Dei animo (ut cū Scripturis loquar humano more) sclerēa nostra, et ipsius benignitas, bonitas ac longanimitas; sicut in anima patris pugnauit filii flagitia et amor paternus; illa iram et flagella requirunt; hic iram reprimunt, et resipiscientiam expectare cogi. Dolet ergo, irascitur, se continet, genit, conviret, obsurdescit, apprehendit ensem, rursus recondit; et hanc conficitōnem tamdiu patitur quousque tandem sceleribus vicius atque exasperatus filium exheredit et domo pellat tanquam alienum. Sicut sequitur in Prophēta.

**VERS. 15.** — *DESERTOS FACIAM MONTES*. Suppleri hie debet adversativa particula, *at, nunc*, vel quid simile. *Carab* propriè est *exsiccare* vel adustione solis vel ignis, vel gladio. Quæ autem humore desitūntur, in deseru religuntur. *Exsiccatio* ergo montium et collium, et herbarum arefactio, fluminum et stagnum *exsiccatio*, ni fallor, ingentem terræ hostium Dei desolationem et calamitatem designant, quam irato Deus neque sese jam continens immisit. Intellige hic regni Satanae eversionem, quam supra v. 15, habes. *FLUMINI IN INSULAS; ILLI INSULAS NOTAT*. *Verti* autem *fumina* in *insulas* est aquam fluviorum deficere: quod quando fit, in alveis nihil nisi insulas est vide. Adveniens autem *Dei Fili*, in solitudinem versus est regnum Satanae, decorum suum atque nitorum amiserunt delubra, et luci qui in collibus et montibus plantabantur; intererunt etiam regia idololatriarum, neque quidquam nitoris aut decoris habuit impietas et peccatum, sed turpitudi ipsius omnibus per Evangelium patuit: multitudine quoque Judeorum infidelium hostium Domini interit, et colesit humore desitūta est resp. illa, et in desertu versi est ipsa etiam Judea.

**VERS. 16.** — *ET DUCAM*, etc. Ubi hostium perditionem commemoravit, electorum liberacionem explicat. *Hoc cacos et in tenebris agentes et obliqua ac pervera sectantes appellat*. *Omnis enim peccaverat, et indigebat gloria Dei*. *Cacos* erant omnes etiam Israelite, quia peccatis obruti et cacos passionis acti neque lucem rationis neque legis instructionem sequebantur. Erat igitur illis et intellectus tenebris obductus, et lex caliginosa; quæ etiā quando radios emittebat,

è mediâ caligine prodibant, neque ipsum Christum, quem promittebat ac figurabat, adeo exprimebat ut, cum veniret, non esset aliquisceptionis locus. *Hos duxit Christus per viam quam nesciebant*. Perluxit enim eos ad legem justitiae, quam putabant ex propria meritis et justificationibus legis sine fide se posse consequi; hanc *conscientia est electio*, id est, electi, inquit Paulus; quia Christum amplexati sunt subipsis diffidentes. Hanc *sentim* non *calceaverant* superbi, arrogantes et sibi omnia tribuentes Iudei. Hanc quoque ignoraverant gentes, et ex ipsis etiam sapientissimi, qui de virtutibus acutè multa definierunt. At electos suis Deus, qui ante aevi a cœci duciibus in præcipiū ducabantur, *per iter incognitum*, nempe fidei, in unigenitum Filium sum, deduxit, quæ etiam illustrati intellexerunt in ipsis moralibus virtutibus plurima quæ ratio humana non assequebatur, neque ipsi rabbinī intellexerant; de quibus vide cap. 5, 6 et 7, Matthæi. *QAM NESCIERUNT, QAS IGNORAVERUNT*, etc. Relativa in Hebreo non habentur, sed docēt ex supplevit Vulgata. *PONAM TENERAS, etc.*, id est, afferam tenebras, ut omnia ante eos lucida apparent, et salubrosa via eorum complanabo, ut recti ipsi et justi iter recia faciant in cœlum. Nam pro lege et ratione datus est eis Christus, qui est *lux mundi, via et veritas*; et pro depravatis moribus, interior sanctificatio et regeneratio. Non enim putamus tantummodo imputati nobis Christi justitia justos non reddi, sed intus quoque nos ipsos ab eo justificari inhaerente nobis justitia de Christi plenitudine, à quo et lumen fidei et sanctificationem morum accepimus. *Et parva, etc.* Possumus et conversionem hanc tenebrarum in lucem et viarum de præstaurarum in plantium sic accipere, ut promittat Deus, intellectus tenebras suas electos et præstatim seu perversitatem morum suorum in quibus versati fuerant, ut gratias agant Deo qui de tenebris eos perduxit in regnum Filii dicitissimi sui. Postsum rursus per tenebras et pervertitiam viarum aduersa, per lucem autem et plantium felicitatem et pacem accipere, juxta consuetudinem Scripturarum. Sed prior sensus planior est et simplicior. *Hec verba feci eis*. Ille pronomen afflūvum est, *fecit ea*, et ad ipsa verba referri potest, hoc modo: *Hec que dico, que polliceo, feci ea, neque latum viagum ab eis recessi; omnia ut dixi adimpleri*. Et præterita sunt pro futuris, propter cœritudinem, more propheticæ. Hanc autem confirmationem addidit promissionibus de Christo qui postremis diebus oritur erat ex semine Abrahæ; quem propheta superiori capite in exemplum assumpserat, ut ex praeciaris illis facinoribus quæ cum ipso et per semen eius fecisset, ac facturus esset ostenderet solum Jehovahm esse Deum, eò quod cum incredulis ageret, et quidem priora jam impta ostenderet; nova autem, quæ annuntiabat, nondum apparebant. Asseverat igitur Deus, omnia illa se impletur, neque verba sua deserturum, aut ab eis ve- tantillum recessurum.

**VERS. 17.** — *CONVERSI SUNT RETROSUM*. Possunt haec adhuc ad superioris argumentum pertinere, nempe

ad concertationem que superiori capite incepit, quasi affirmet idololatras convictos argumentis Domini, reflecta causa, cessisse et terga vertentes abesse; vel quod sit predictio confusio eorum qui idola colebant, postquam splendor Evangelii gloria Dei per universum orbem diffusus est.

**VERS. 18.** — *SURMI, AUDITE, etc.* Quasi recedentes revocare videat, quod non contentus sit Dominus hostium confusio, sed, ut est apud Paulum, confusio illa adducat gloriam, intelligentesque se hancen aberrasse et præstabilitud idola coluisse, velint in luce ambulare. Nec dubium est quin Hebrei ita veritatem posuit ut Vulgata verit, neque aliquem vidi qui alter verteret. Omnes enim he his in hoc verso pro nota vocandi accipiant. Ego vero aliam adducti interpretationem tantum ut intellegere letor posse etiam secundum Hebreos he esse notam interrogationis, quæ transitum sibi para prophetā ad execrationem et devastationem Judeorum explicandam; q. d. Deus: postquam evidenter argumentis ostendit me solum esse Deum, et cultores idolorum vicos se agnoscentes, ter a vertentes abierunt, putasne quod properante lumen aspiceret, et in cognitione veritatis, quam antea ignorabant, velint deinceps vitam ducere? vel sie, quando audis servum meum ex semine Abrahæ oriturum, et tenebras depulsum, ecosque illuminatum, putasne ita re ipsa factum esse? numquid illuminati sunt ceci? et surdi numquid auscultarunt? Neque cū interrogō, ad gentes cecas oculos mentis tue convertas; nam

**VERS. 19.** — *QUIS CECUS NISI SERVUS MEUS?* Mihil certè hic deplorare prophetā videtur quod Joannes initio Evangelii sui inquit: *In propria venit, et sui eum non receperunt. Et ius in tenebris lucet, et tenebra eam non comprehenduntur; id est, qui erant in tenebris, lucem abominantur; q. d. Quid illuminandos cacos commemor? quid adventum lucis et tenebrarum depulsionem extolo? Numquid non adhuc servus meus Israel in tenebris agit? quinam sunt magis ceci quam Israelite? Ad quos NENTIOS MEIS. Parvi referunt *muntum meum* an *muntus meos* legas; ego tamen malum in singulari legere; nam Christianum intelligo, de quo hox tota capite loquitor propheta, qui advenit tanquam minister circumcisio-nis, ut loquitur Paulus, id est, ut Iudeas inservit, et eis fidem et veritatem cognitionem offerret, *trōpt̄er promises Patrum*. Ceterum in Hebreo ad verbum sic habetur: *Et surdis sicut muntum meum misi, et suppleri relativum necesse est; quare quidam rabbinī ita legunt: Et quis surdis sicut muntus meus quem mittam?* Quorsum autem sic vertant, judicet Christianus lector. Certè, ut ego quidem sentio, tenebras volum loco apertissimo offondere ne eorum hic cœcitate intelligamus, de quā est manifestissimum hoc loco testimonium ipsius Dei. Sed nihil Judeos cœcos moror; miror Paganum et alios ex nostris, qui rabbinos secuti reddunt: *Et surdis, nisi quem, sicut Angelum meum, missurus sum?* Hoc ne est Hebraicam veritatem reddere? Et mirabimur si impipi*

legitur in Hebreo. Quia vero sine punctis biblia erant tempore D. Hieronymi, legit *raitha*, id est, *vidisti*; quod in praesens verit, et relativum supplevit, *qui vides*. Massorite eum *vans* scriperunt in margine, quasi et si cum *jod* scriberetur, pronuntiandum tamen esset cum *vau*, ut in aliis locis videre licet quasi si plur. nominis *roeh*, ut vertere possimus: *Visiones multæ sunt; sensus vero ferè idem est. O serve mi, mi popule, multa vidiisti; plurimas visiones et revelationes habuisti; videris multa tibi datum est; at non*

*observabitis, non attendes, non auscultare soles; aures quidem, quibus audire possit, habet Israel, at non acquisiescit.* Certe in hoc versu cecidatatem Iudeorum exponit, de qua jam supra cap. 6 dictum est : et ex Evangelio manifestum est quod habentes oculos, non viderunt ; et aures, non audirent. Et hec est causa ob quam peccatum eorum non fuit remissum. Nam apud Joannem 9, inquit Dominus quod venisset ut qui viderent ceci fuerint ; cui Pharisei : Ergo nos ceci sumus? Respondit Dominus : Si ceci essetis, non habebatis peccatum ; non autem dicitis quia videtis, id est peccatum vestrum manet, stat, non praterit, non remittitur. Unde alibi dicebat : Qui habet aures ad audiendum, audiat; nimis quod multi haberent patulas aures, sed non audirent, id est, attenderent, obdiren-  
t. Ideoque in parabolis loquebatur illis, etc. Cus-  
tones, observabitis, conferens in corde tuo ; schamam enim ita interdum accipitur. Indignum autem erat ut qui promissiones, revelationes seu visiones plurimas a Deo acceptaret, cœcūt sub adventu lucis ac veritatis. De loco enim nativitatib, de tempore, deque aliis circumstantib omnibus que cognitioni solent deserve, visiones habuerunt Israelite. Insuper et assuti erant verba Dei et promissiones illas audire, que per omne sabbatum legebantur et exponebantur; neque sic tamen attenderunt. Caveant Christiani ne haec ipse verba in eos Dominus torqueat, qui fidei lumine multo plura viderunt, et auribus corporis audire conseruerunt; paucissimi tamen observant, paucissimi audiunt; plerique cœci, plerique surdastris sunt : cœvant, inquam, ne scit similes in peccatis sunt, similes quoque sunt in pena, quam paulo post propheta explicabit. Qui APERTAS HABES AURES, etc. Vulgatus personam mutavit; ego Hebraica expressi ; sed sensus constat.

VERS. 21. — ET DOMINUS VOLVIT. Variè potest hic locus reddi : sed ego simplicissimam interpretationem (omissionis que hoc loco alii dicunt) apposui. Et quidem Vulgata editionis sensus hic est : Obececatis est Israël, ut audistis : ne putetis tamen id aliter quam vi-  
tio ipsum accidisse. Dominus enim volebat quidem eum sanctificare, seu justificare, ac proinde magnificare te-  
gem suam doctrinam suam et verbum suum, dum po-  
pulum, cui hæc est lex, sanctificat. At ipsa populus sua culpæ fecit ut merito in direptionem traduceret. Quæ interpretatio satis cum Hebreo convenit. Pos-  
sumus tamen hanc voluntatem seu approbationem Domini ad superiora referre ; q. d. Hanc Iudeorum execicationem, hanc indurationem populi sui Jehova approbat, ratum habuit, consensit, et quodam modo latet est quod Israël sic sui proderet duritum ani-  
mi, et ita innatosceretur universis ejus cœcitas atque pervicacia. UT SANCTIFICARE FUM, id est, propter ju-  
stitiam suam ; vel ut justificare se, id est, non facere justitiam suam. Forte est quod Paulus ait Rom. 9 : Volens ostendere iram suam, sustinuit in multâ patientia vasa apta in interiorum, etc. Ostendit autem Deus, ubi obsecrati sunt, justitiam suam, dum populo suo non parcit ob sceleram eorum, et ab eis auferit

regnū Dei, illoquile dat genti facienti fructus ejus. Duo enim habet justitia Dei, seu sanctitas ejus, purificare, et benefacere; utrumque nos jubet Paulus considerare, Dei severitatem in eos qui ceciderunt, nempe Iudeos; *bonitatem vero in eos qui inseri sunt truncō*, etc. MAGNIFICARE LEGEM. Consecuta est autem magnificatio, amplificatio et gloria legis Dei seu dictum ejus (quod nihil aliud est quam justificatio Dei) Iudeorum execicationem, o quod omnia quia ipsi executis ceciderunt in Scripturis continentur, et multo ante ea predixerat et Moses et prophete, si nolent luci venienti applaudere ac veritati non acquiescerent. Justificavit eum se et lege suam postquam illi executis sunt, quia ostendit se esse Deum cui dispiceant iniqui, eò quod abjectit populum suum, neque pro suis habere voluerit qui veritati non credunt, consentient autem iniquitati, hos enim manet ira et indignatio, ut affirmat Paulus ad Romanos. Nec aliud erat quod in Evangelio Dominus eis dicebat : Non habeo demonium, sed honorifico (seu cohonesto) Patrem meum. Cum enim eos non Dei filios, neque Abraham, sed Diaboli esse diceret, illi contra, Samari-  
tanum eum et Demonum familiarem dicebant, non alia certè ratione quam quod dehonestare populum Dei et ministris culti ipsius detrahere videretur, hanc vero blasphemiam retinuit Dominus, significans, non eo se animo illos filios Diaboli vocasse, sed ut ho-  
norem Patris à calumniis assereret, qui omnino in lumen esse videbatur si tales filios pro filii agnoscere crederetur. Quod itaque in Evangelio est cohonestare Patrem, hic dicitur justum Deum ostendere et magnificare doctrinam seu legem, etc.

VERS. 22. — IPSE AUTEM POPULUS. Vulgatus eau pro adversariâ particulâ accepit, ut interdum solet, propterea quod cum subesse sensum existimat quem supra dixi. Verum cum hæc ponam sonent potius quam culpam, quadrabit verbum futuri vel presentis, si supplicatur, et ipse populus direptus, scilicet erit, quasi hoc malum secundum fuerit execicationem illam, sicut mox ipse propheta v. 24 exponit. LAQUEUS IU-  
VENUM OMNES, laqueus juvenis universus ipsorum, vel omnes ipsi ; ita ad verbum verbendum est. Nam cum nomen pheas habeat formam quam emphaticam appellab Angelus Caninus praeceptor meus, casum regere nequit. Sensus ergo hic est : Omnes juvenes electi in illo populo, qui ad bella eligi solent, sunt, vel erant, laquei, id est, illaqueati et veluti laquei capti. Hunc sensum probant antecedentia et sequentia, quod di-  
repti, quod depradati, quod in dominis carcerum, etc., additi sint. Juxta Vulgati vero versionem dicuntur Iraelite laquei juvenum suorum, quia propter peccata populi juvenes in bello capti sint, etc. Hanc loquendi formam quia plurimi ex interpretibus non intellexerunt, nomen bacurum ut compositione acceptarunt, id est, in speluncis. Certe si pro cavernis velis accipere, sensus hic erit : Laqueus in cavernas omnes ipsi, id est, concatenati in foveas trusi sunt. Neque est qui eruat, etc. Ultimam hæc verba capitativam Iudeorum significant.

vers. 23. — QUIS EST IN VOBIS, etc. Queritur Isaías quod nemo ex Israélites haec quæ de ipsorum execratione et devastatiōne prædicēbat, vel eo tempore attenderet neque secum quisquam reparet quod illa tandem eventura esset. Quod non sine sensu doloris dictum existim. Idem enim videtur propheta sentire quod Moses quando dicebat : Gens absque consilio et sine prudentia. Utinam sapient ac provideant.

VERS. 24. — QUI DEDIT, etc. Hæc sunt que volebat Israélitas propheta secum perpendere ante quā fierent, quin etiam postquam facta sunt. Quibus etiam verbis exponit quae paulo obscurius supra dixerat v. 22, et 23. Certe si Judei hodie haec pro dignitate secum voleverint, cœcitatim suam agnoscerent. Quid enim peccaverunt patres eorum, unde tamdiu in captivitate, dispersi in omnes gentes, absque rege, sacerdoti et propheta maneat? Peccata quidem gravissima et immunita sceleris tamen in Deum tum in servos ejus prophetas captivitate 70 annorum punita sunt. Quis, queso, dedit dilectum populum in captivitate 1520 annorum? Certe Jehova ipse. Ob quam causam? Is ipse in quem peccavimus, vel erravimus, quando videretur ad nos descendit, cuius dictis audientes non fumis, quem negavimus, etc. Et SOLUTERUNT. Mutatio est personae Hebrei frequentissima. Vel cum Isaías sub primâ r̄sonâ plurali dixisset peccavimus, signi-

## CAPUT XLIII.

1. Et nunc haec dicit Dominus creas te, Jacob, et formans te, Israel : Noli timere, quia redemi te, et vocavi te nomine tuo, meus es tu.

2. Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te : cum ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te.

3. Quia ego Dominus Deus tuus, Sanctus Israel, salvator tuus, dedi propitiationem tuam *Egyptum, Ethiopia et Saba pro te.*

4. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, et gloriosus : ego dilexi te, et dabo homines pro te, et populos pro anima tua.

5. Noli timere, quia ego tecum sum ; ab oriente adveniunt semen tuum, et ab occidente congregabo te.

6. Dicam aquiloni : Da ; et austro : Noli prohibere : affer filios meos de longinquio, et filias meas ab extremitate terræ.

7. Et omnem qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, et feci eum.

8. Educa populus cœcum, et oculos habentem surdum, et aures ei sunt.

9. Omnes gentes congregate sunt simul, et collectae sunt tribus : quis in vobis annuntiet istud, et que prima sunt, audire nos faciet ? dent testes eorum, iustificentur, et audiant, et dicant : Ver.

10. Vos testes mei, dicit Dominus, et servus meus, quem elegi : ut scias, et creditis mihi, et intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formatus deus, et post me non erit.

11. Ego sum, ego sum Dominus, et non est absque me salvator.

fics non omnes excæcato, neque omnino repulisse Dominum populum suum, mutata orationis forma, sit, et non voluerint in viis ejus ambulare, et non acquireverint in doctrina ejus : sic enim reddi potest verbum schema, quando cum beth construirat. Malum autem doctrinam quam legem hoc loco vertere, quia de doctrinâ Domini Jesu est sermo.

VERS. 25. — ET FORTE BELLUM. Firmitudinem bellum, seu bellum difficultate ac durum, in quo hostes obfirmato animo depugnabit. Hoc est illud bellum Iudeorum de quo apud Josephum : Venerunt quidem Romani ut Palestinem subjugarent; sed adventus eorum erat effusio ardoris tristis Domini. Possimus reddere, sed eodem sensu, effusio contra eos ardorem nasi sui. Familiare enim est Scripturis Deo tribuere quod fumum et ardorem a naribus effet, etc. Et COMBUSTIS EUM IN CIRCUITU. Vulgatus noluit cum Hebreo mutare personam; ego Hebreo expressi. Et non cognovit. Etiam post tam diram obsidionem, post tam diutinum et difficile bellum, post universum Iudeam undique vastatam, non intellexit quod ob infidelitatem in Christum Domini puniretur; inquit neque postquam totus conflagrari ponet super cor suum. In quibus verbis execicationem Iudeorum et duritatem cordis post vastationem Jerosolymorum notat. Ideoque cum Hebreo prius verbum in præterito verti, non cognovit; posterius in futuro, non reponet super cor suum.

## CHAPITRE XLIII.

1. Et maintenant voici ce que dit le Seigneur qui vous a créé, ô Jacob, et qui vous a formé, ô Israël : Ne crainez point, parce que je vous ai racheté, et que je vous ai appelé par votre nom ; vous êtes à moi.

2. Lorsque vous marchierez au travers des eaux, je serai avec vous ; et les fleuves ne vous submergeront point ; lorsque vous marcherez dans le feu, vous n'en seriez point brûlé, et la flamme sera sans ardeur pour vous :

3. Parce que je suis le Seigneur votre Dieu, le Saint d'Israël, votre sauveur : j'ai livré, pour votre rançon, l'Egypte, l'Ethiopie et Saba.

4. Depuis que vous êtes devenu considérable devant mes yeux, et que je vous ai élevé en gloire, je vous ai aimé ; et je lèverai les hommes à votre place, et les peuples pour racheter votre vie.

5. Ne crainez point, parce que je suis avec vous. Je ramènerai vos enfants de l'Orient, et je vous rassemblerai de l'Occident.

6. Je dirai à l'aquilou : Donnez ; et au midi : Ne les retenez point. Amenez mes fils des climats lointains, et mes filles des extrémités de la terre,

7. Et si quelqu'un invoque mon nom, car c'est moi qui l'ai créé, qui l'ai formé, et qui l'ai fait pour ma gloire.

8. Faites sortir le peuple aveugle, quoiqu'il ait des yeux, le peuple sourd, quoiqu'il ait des oreilles.

9. Toutes les nations sont assemblées, et tous les peuples sont réunis. Qui de vous nous fera entendre les choses qui sont arrivées autrefois ? Que ces peuples produisent leurs témoins, qu'ils vérifient leurs prophéties ; et alors sur les écouteront et sur leur dira : Vous dites vrai.

10. Vous êtes mes témoins, dit le Seigneur, et mon serviteur que j'ai choisi, afin que vous sachiez, que vous croirez et que vous comprenez que c'est moi qui suis, et qu'il n'y a point eu de Dieu formé avant moi, et qu'il n'y en aura point après moi.

11. C'est moi, c'est moi qui suis le Seigneur ; et hors moi, il n'y a point de sauveur.